Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Tractatus theol. de actibus humanis - Cod. Ettenheim-Münster 302

[S.l.], 1697

Quaestio 2da

urn:nbn:de:bsz:31-131009

Visual Library

voltrum, si n ea ratione praesupponit cognitionem, quae e voltrum
vero defectu huius requisitae cognitionis, ebriatos ex vino fel.
lentia Noemo nullo modo fuit voltrio.

Quaestio 2da

Utrum in actibus tam hominum quam brutorum inveniatur proprie dictum voluntarium.

Conclusio 1ma. Actus humani omnes proprie sunt voluntarii motus
sive liberi. Item omnis, cum sto the. ar. 1. R. ao Sunt ex
definitione voltrij, quod est, quod provenit ab appetitu eius, qui
novit circumstantias et omnes actus, ab appetitu procedentis; atqui
omnis actus humani ita procedit ab appetitu rationali hominis; ergo est voltrius
motus.

Conclusio 2da voltrium perfectum proprie non invenitur
in ullis brutorum actionibus. S. Th. ar. 2. Rao 1mo bruta
carent voltate, ergo carent proprie dicto voltario, quod voltatem, ut
principium respicit. — 2do proprie dictum voltrium exigit
perfectam cognitionem finis, qua videlicet non tantum cognoscitur bonitas
finis formaliter accepti, sed et proportio eiusdem ad media,
per quae obtinendus est finis; at bruta non cognoscunt ita finem,
ergo.

inveniatur proprie dictum voluntarium

Conclusio 3tia in actib. brutorum invenitur proprie dicta ratio spontanei, sive imperfecta voluntarium. S. Thomas. Ratio, ad proprie dictum spontaneum sufficit, ut procedat a principio intro, sive appetitu sensitivo, ex cognitione imperfecta finis, sive ex finis materialis cognitione: atqui in brutis datur huiusmodi appetitus et cognitio; ergo quamvis actiones ab appetitu brutorum profectae sint necessariae, sunt tamen simul spontaneae et non coactae, adeoque sunt liberae, non quidem a necessitate, sed a coactione.

Conclusio 4ta in agentibus, quae nulla donantur cognitione non datur proprie dicta ratio spontanei. Vasquez disp. 23 num. 11 et 12. Ratio est: spontanea actio non debet tantum esse a principio intro, sed et debet procedere ex cognitione finis, siquidem appetitus non nisi cognitione ducitur; ergo. Quare quod dicitur terra sponte proferre fruges, id tantum metaphorice sumendum est. Quaestio 3. utrum possit esse voluntarium absque omni actu positivo voluntatis

Quaestio 3tia.

Utrum possit esse voluntarium absque omni actu positivo voluntatis.